

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7413

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Lonlay-l'Abbaye, Notre-Dame de Lonlay (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** faux

**Datation :** [1180-1189]

**Lieu d'émission :** Tinchebray

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens appartenant à l'abbaye de Lonlai. — Acte faux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 426.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXXXIV, t. 2, p. 361-363.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 362. Souscription de Guillaume du Hommet, connétable depuis 1179 ; Henri II n'est revenu en Normandie qu'en 1180.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglie, dux Normannie et Aquitanie, comes Andegavie, Cenomani et Turonie, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, baillivis, vicecomitibus, justitiariis, ministris, fidelibus suis, et omnibus aliis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem.

Quoniam monasterium Longiledi prope castrum meum et villam Dompnifrontis in Passeyo, in honore sacrosancte genitricis Dei Marie divina, ut comperi, revelatione ex fundatione Guillelmi principis Belimensis, domini tunc Dompnifrontis, est constructum, propter ergo ejusdem Virginis gloriose decus, ac favorem cenobii, religiosorumque ipsius capellanorum meorum ibidem Deo servientium, quorum etiam me teneo non immerito fundatorem, volo vos subditos meos et alios et singulos omnes non latere me de gratia speciali, autoritate regia, et cum cause cognitione concessisse et presenti carta mea confirmasse prefatis religiosis et successoribus suis omnes possessiones, predia, ecclesias, redditus, decimas suas, quorum et quarum hic aliqua duxi propriis vocabulis exprimenda, videlicet : locum ipsum Longiledi, ecclesiam Sancti Salvatoris, decimas, redditus, molendina, cum vinagiis et servitiis hominum suorum ; decimas etiam omnium exituum, reddituum et proventuum de castro et baillivia Dompnifrontis duarumque forestarum nostrarum Sylvedue et Andene, ac omnium exituum, et de agris culturis que fient in exemplariis, cum aliis suis franchisiis earundem, cum illis duobus maneriis de Castineriis et Heremitagiis, cum pertinentiis et usagiis que habent in Andena ; ecclesias, decimas, oblationes, proventus et

molendina Dompfrontis constructa et construenda, prout hec et plura alia in carta fundamenti sui vidi contineri ; Beate Marie de Alta Capella, Sancti Harmari, de Juvigneyo, Genelleyo, de Passu, Sauceyo, Vacceio, Sancti Medardi super Ormont, de Songerolis, Chavigneyo, Cignayo, Charenteyo, Russella, Sancti Martini de Condeto, Sancti Petri de Respectu, de Cereseyo, Beate Marie de Monasteriis, de Alençonio ecclesias, patronatus, decimas, et omnia alia jura ; manerium de Bello Mesnillo, cum ecclesiis et omnibus appenditiis ; molendina de Condeto constructa et construenda, cum jure bannalis l[e]uge molendinarie delationis ; usagium de bosco vivo pro reparatione abbacie et molendinorum, et de mortuo quotidie cum octo asinis ; de Natali Domini, tribus ante et tribus post septimanis, capiendum herbagium pro pecoribus magnis et parvis, franchisias, quas et que habent in foresta Lande Putride, necnon tredecim quarteria frumenti apud Contreres et ad Brahal, quittanceque rerum suarum et hominum per omnes terras meas et portus maris, coustumamque accipiant de omnibus emptis et venditis in tota terra sua ; hec in quantum premissa omnia et singula, et omnia alia jura que habent in potestate nostra, in puram et perpetuam eleemosynam dicte abbacie confirmavi, et sigilli testimonio roboravi. Quare vobis omnibus subditis meis [precipio] ut predictam abbaciam meam permittatis perpetuo habere et quiete omnia premissa, que sunt in nostra potestate ; et prohibeo ne aliquis prefatis religiosis, capellanis meis, monasterio rebusve suis aliquam injuriam vel molestiam inferat, aut de jure suo aliquid diminuat vel usurpet, si regie majestatis offensam effugere per severitatem discipline voluerit in presenti, et in futuro Dei [et] genitricis sue districtam ultionem formidaverit, cum Dathan et Abiron et Juda Christi traditore igne gehennali perpetuo cruciandus.

Testibus ad hec : Guillelmo de Hommet conestabulario, Willelmo Filio Radulphi seneschallo Normandie, Willelmo de Soliers, Radulpho de Domo, Nigello de Moritonio, Remigio Tailliatoris.

Datum apud Tinchebrayum.